



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs**

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

**Jansenius, Cornelius**

**Lovanii, 1640**

3. Liberum aliquid positivum sonat. Esse dominum, esse sui iuris, esse in potestate nostra, esse gratia sui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13704**

quibus libertas, siue illa vulgaris, siue alia quacumque illa fuerit, impeditur ab actibus suis; qui siue hominibus liberis, siue arbitrio libero conueniunt: a quibus cum expediuntur, liberi fiunt. Ista ergo est vulgo notissima liberi significatio. Sed quia sic magis aliquid negatiuum sonat, quid videlicet non sit, nempe non seruum, non captiuum, non subditum, in-

A impeditum, inalligatum &c. quam aliquid positiuum, merito adhuc queri potest, an genuina vocis istius significatio, non aliquid positiuum inferat. Sublimius enim aliquid & nobilius ista voce, quam pura seruitutis negatio insinuari videtur, quamvis indissolubiliter talem negationem conjunctam habeat.

CAPVT TERTIVM.

Liberum aliquid positiuum sonat. Esse Dominum, esse sui juris, esse in potestate nostra, esse gratia sui.

I T A Q V E libertas, & liberi ratio potius in illis quaerenda videtur, qua seruituti, captiuitati, & impediuntis & vinculis, & in aliena esse potestate, opponuntur: haec autem sunt esse Dominum, esse suum seu sui non alterius gratia, esse seu habere in sua potestate. Haec enim plane positiuum aliquid resonant, tametsi per negationem plerumque explicari & facilius vulgo intelligi soleant, ut plerumque in attributis valde eminentibus contingit. Sic enim inuisitum, immutabile, aeternum, & similia perfectissima Dei attributa, per negationes fere exponimus. Cum enim eorum eminentiam mentis acie non facile penetremus, per negationes imperfectionum creaturam ea exprimimus. Ita & hic; quia quid sit seruum, captiuum, ligatum, in aliena potestate, facile vulgus intelligit; per negationes illarum conditionum exprimitur libertatem; cum aliud reuera sit quam pura imperfectionum illarum negatio.

Quapropter Augustinus libertatem aliquando per dominationem & imperium indicat; nempe quia seruum cui liberum opponitur, est esse sub Domino: Sic, inquit, homo peccauit, cum vult esse par Deo, id est, liber esse ab eius domino, sicut ille ab omni domino liber est, quoniam ipse est Dominus omnium. Vbi idcirco liberum ab omni dominio vocat, quia est Dominus omnium. Et alibi libertatem quam seruituti opposuerat, per regnum explicat: Bonus etiam si seruiat liber est: malus autem etiam si regnet. (hoc est, dominetur omnibus) seruus est: nec unius hominis, sed quod est grauius, toti Dominorum, quot victorum. Placuit ista notio nonnullis recentioribus, qui vehementer urgent, in arbitrij libertate, quod per illum homo sit Dominus actuum suorum: quod venissimum esse postea declarabimus. Et quia Dominus non est alterius, sed suus, seu sui gratia, seruus vero sit alterius, hinc illa solemnis definitio liberi apud Aristotelem: ἀνεξάρτος ἀδούλος ὁ ἀδελφῆ βρενα, καὶ μὴ ἀδελφῆ. Homo liber, qui sui ipsius & non alterius gratia est: quam laepe diuus Thomas probauit.

Porro quia id quod ab omni seruitute, captiuitate, & subiectione, & alligatione, & vinculis impediuntisque liberum dominatur, non est in aliena potestate, seu sua, non alieni

A juris, sed sui, hinc Augustinus cum libertatem generaliter, & libertatem arbitrij accurate vult exprimere & explicare, libenter illi utitur notione, ut dicat illud esse in sua potestate, seu sui iuris, habere actum in sua potestate, quae prorsus idem sunt: Nec aliud indicant quam esse Dominum sui, non obnoxium alienae potestati, & idcirco liberum. Qua de causa docet Augustinus, Adamum peccando libertatem appetisse; & illam in eo semper stauit, quod suae potestatis esse voluit, uti Deus. Nam in libris de Civitate Dei, cum dixisset, Deum homini brevissimo praecepto adincolatum esse, quo eam creaturam cui libera seruitus expedit, se esse Dominum commonebat, statim contrariam libertatem tangens quam Adam expetiuit, adiecit: Et quia sua superbia sibi placuerat, Dei iustitia sibi donaretur, nec fieri affectabat, in sua esset omnimodo potestate, sed a seipso quoque dissentiens, sub illo cui peccando consensit, pro libertate quam concupiscit, diuinam miserans, ageret seruitutem. Vbi libertatem concupiscere & affectare, in sua esse potestate, prorsus idem prorsus habet; unde & seruitutem libertati capitaliter inimicam ei opponit. Et in opere de moribus Ecclesiae: Ipsa est (audacia) qua legibus Dei obtemperare detestatur, dum sua potestatis esse cupit ut Deus est &c. hoc est, liber ut supra, dilectione ergo redit ad Deum qua se illi non componere sed supponere affectat, quod quanto fecerit in tantum atque insidiosius, tanto erit beatorum atque sublimior, & illo solo dominante liberumus. Et in Psalmis: Quod illi deerat ut tangeret, nisi quia sua potestate uti voluit, praeceptum implere delictauerit, ut nullo sibi dominante fieret sicut Deus, licet liber, ut supra dixit, quia Deo nullus utique dominatur. Quod in libris de Genesi ad litteram idem perae verbis sed apertioribus dixit: Noxia libertate habens prohibitionis rumpere delectata. Et in sermonibus de verbis Domini, eandem libertatem, quam affectauit Adam; explicans dicit: Primus homo dominari voluit, qui Dominum habere noluit. Quid est dominari nisi propria potestate gaudere? Est maior potestas: illi subiamur ut tui esse valeamus. Et hac de causa noxia huiusmodi libertatis affectationem vetans Augustinus: Noli, inquit, esse velle quasi proprius & in tua potestate, id est, liber, sed eum tlemens seruis & utilissimum Domini te seruum esse profiteri; quasi dicat, Noli esse

B ita

Lib. 14. de Civitate Dei.

Lib. de moribus Ecclesiae.

Psalm. 40.

Lib. 11. de Genesi.

Lib. 11. de verb. Domini.

Lib. 1. de log. c. ult.

ita

*lib. de gratia  
cap. 24.  
lib. 1. de  
lib. c. ult.*

ira liberi arbitrij ut memini serviat, sed soli Deo serviat, in cuius servitio placere perfecte sola libertas est. Quod alibi in eodem libro Soliloquiorum his verbis exprimit: Tibi soli servire paratus sum, quia tu solus iuste dominaris, cuius esse capio, cum premississet Dei legibus arbitrium anime esse liberum.

*lib. 1. de lib. arb. c. 3.*

Ex quibus perspicuum est Augustinum, cum rationem libertatis explicare nititur, indifferenter uti phrasibus illis, esse Dominum, esse sui juris, habere in potestate sua: sed omnium apertissime & directe ad propositum, generaliter liberi rationem in actibus voluntatis ex professo explicat in libris de libero arbitrio: Voluntas igitur nostra ( id est volitio seu voluntas actus, de qua ibi quaestio versatur ) nec voluntas est, nisi esset in nostra potestate. Porro quia est in potestate, libera est nobis. Non enim est nobis liberum quod in potestate non habemus, aut potest non esse quod habemus. Et mox adiungit: Nec voluntas seu volitio scilicet libera, esse potest, si in potestate non est. Et iterum inferius dicit ita Deum peccata praescire, ut maneat tamen nobis voluntas libera, quod ut sciremus quid sibi vellet, rationem libertatis iuxta praemissa explicans, addit, atque in nostra potestate. Et adversus Pelagianos: De odoratu autem quod dicitur, homo parum attendit, non esse in nostra potestate posse odorari, vel non posse, sed in nostra potestate esse, hoc est, in libera voluntate, odorari vel non odorari? Et in libro primo ad Simplicianum explicans Apostoli verba: Velle enim adiacet amor, perficere autem bonum non invenio, movet hanc difficultatem, quod Apostolus his verbis videatur non recte intelligentibus auferre liberum arbitrium. Sed, inquit, quomodo auferri cum dicat velle adiacet mihi? Certe ipsum velle in potestate est, quoniam adiacet mihi. Sed quod perficere bonum non est in potestate, ad meritum pertinet originalis peccati. Quibus verbis aperte docet homini videlicet sub lege constituto ( velle ) esse in libero arbitrio, non autem ( perficere bonum ) quia illud est in potestate, non istud, propter originalis videlicet peccati noxam, qua liberit perficendi boni potestatem, ideoque libertatem. Ut sane ex omnibus istis testimonijis apertissimum sit, illa duo, liberam videlicet esse voluntatem, & esse in hominis potestate, procul esse reciproca, hoc est, convertibilia, ut Philosophi loqui solent; & ex Augustini mente, hoc quod est esse in potestate, ipsillimam rationem libertatis, unde arbitrium liberum esse dicitur, exprimere.

*lib. de nat. gratia. 47.*

*quest. 7.*

Quapropter Augustinus passim, esse liberum voluntatis arbitrium, & esse in potestate nostra, pro ipsidem usurpat. Nam libro quinto de Civitate Dei contra Stoicos ac Ciceronem de arbitrij libertate disserit, id quod capite nono dixerat esse vel non esse liberum arbitrium, hoc capite decimo dicit, esse vel non esse in potestate. Et in libro de sancta virginitate: Facunditas non est in potestate &c. Facunditatem carnalem non habet suorum arbitrium. Et in sermonibus de diversis explicans per similitudinem, quomodo peccare sit in libero arbitrio:

*cap. 13.*

In ipso corpore in potestate habet homo agrotare, conalescere autem non ita habet in potestate: & ad id propositum applicans: Sic etiam secundum animam, ut peccando in mortem caderet homo &c. fuit in eius libero arbitrio. Et in alio sermone de filio prodigo primi parentis typo: Voluit in potestate habere, quae bene illi apud patrem servabantur, habere illa voluit in arbitrio suo. Et in sermone de Esau figura peccatorum ita loquitur: Quid est quod actum est, & erit tibi sic, cum solveris iugum eius a cervicibus; nisi quia ostendit illos, quos Esau praefigurabat, sic esse peccatores, ut in potestate haberent & in libero arbitrio, mutare se & fratri coniungi? Quod eundem locum alijs verbis exprimens dicit alibi: Quid est: Erat autem cum deposueris & solveris iugum de collo tuo? Liberum tibi est si volueris converteri.

Et in ipso corpore in potestate habet homo agrotare, conalescere autem non ita habet in potestate: & ad id propositum applicans: Sic etiam secundum animam, ut peccando in mortem caderet homo &c. fuit in eius libero arbitrio. Et in alio sermone de filio prodigo primi parentis typo: Voluit in potestate habere, quae bene illi apud patrem servabantur, habere illa voluit in arbitrio suo. Et in sermone de Esau figura peccatorum ita loquitur: Quid est quod actum est, & erit tibi sic, cum solveris iugum eius a cervicibus; nisi quia ostendit illos, quos Esau praefigurabat, sic esse peccatores, ut in potestate haberent & in libero arbitrio, mutare se & fratri coniungi? Quod eundem locum alijs verbis exprimens dicit alibi: Quid est: Erat autem cum deposueris & solveris iugum de collo tuo? Liberum tibi est si volueris converteri.

Neque vero tantum Augustinus, sed & Pelagium liberi arbitrij patroni fidelissimi, istam libertatis seu liberi arbitrij notionem diversis locis indicarunt. Nam Pelagius in libro de natura & gratia cum Augustino de viribus liberi arbitrij toto conatu disputans, crebro pro ipsidem sumit, esse liberi arbitrij & esse in nostra potestate, & Augustinus respondendo eadem in ipsidem locis saepe confundit. Vnde & Iulianus gravissimè queritur, haereticos dici, qui asserant Dominum ad bonum opus liberum hominem condidisse, & esse in universis que potestate recedere a malo, ac studijs splendere virtutis. Et ipse Cicero latinae linguae praecipuus cultor, dum docere nititur virtutem & vitium esse in hominis arbitrio libero, dicit ea esse in hominis potestate. Nimirum iuxta Augustini regulam supra traditam, quia non est nobis liberum, quod in potestate non habemus, aut potest non esse quod habemus. Hoc est, nullus actus est nobis liber seu liberi arbitrij, quem non habemus in potestate, & vice versa omnino actus quem habemus in potestate est nobis liber. Quae notio liberi nec à recentiorum sensu aliena est. Nam inde illud Lessij: Quid aliud est non esse in potestate hominis, quam non esse liberum? Nec aliud significatur per illud Dominium sui, quod recentiores in explicanda ratione libertatis inculcare solent.

Sed nullis ea explicatio & ratio libertatis est familiarior quam scriptoribus Graecis; usque adeo ut vim liberi arbitrij genuinè exprimere volentes, non aliud liberum vocent quam id quod est in nostra potestate; sicut videre licet frequentissime apud omnes Scriptores Graecos, qui de libero arbitrio aliquid litteris mandaverunt. Ipsam autem liberam voluntatem vocaverunt à libertate, quasi dicerent sui juris, suae potestatis, seu habens in sua potestate actus suos. Vim enim istam nominis breviter tetigit Basilius, cum dixit, id est, id quod est in nostra potestate, liberum quod in potestate hominis est arbitrium. Et explicuit Nylenus clarius, cur dicitur arbitrium esse in sua potestate, nempe ut intelligatur non esse in aliena potestate, illud trahente ad scopum suum: Est enim solum, inquit, in nostra potestate, aut totum quae sunt experta ratione, aliena voluntate.

*LIB. DE NAT. GRATIA*

*cap. 45.*

*lib. 1. de lib. arb. c. 3.*

*lib. 4. de lib. arb. c. 3.*

*lib. de grad. c. 19.*

*lib. 1. de lib. arb. c. 3.*

*serm. de lib. arb. c. 19.*

*lib. 1. de lib. arb. c. 3.*

*lib. 1. de lib. arb. c. 3.*

voluntate ad id quod videtur, adduci. Vnde si & ita est hominis conditio, statim inferi sequi, quod nihil eorum quæ nostro arbitratu statuimus, in nostra est potestate: maiori enim potentia (id est, aliena potestate) trahuntur instituta & proposita ad id quod libet ei qui dominatum obtinet. Et vim libertatis ponens in eo quod aliquid sit in nostra, non aliena potestate: Qui in universitatem liberam habet potestatem, propter summum in homines honorem, dimisit etiam aliquid in nostra potestate, cuius unusquisque nostrum solus est Dominus. Hoc autem est liberi arbitrii libera electio, quæ subigi nequit & sui iuris est. Hoc est, quæ non est in aliena potestate & iure, sed suo. Quam vim graeci nominis ἀρετῆς, acutissime brevissimeque expressit Basilus dum τὸ ἀρετῆς οὐκ ὀπίσθησεν, hoc est, id quod est sua potestate, & quod est sui aliena potestate. Sed apertissime doctrinā istam tradit Damascenus multis locis. Nam in lib. 2. Orthodoxæ fidei: Cum liberi arbitrii participes a summo illo opifice conditi simus, hinc efficiuntur, ut actiones nostræ in nostra potestate sint. Et mox unum per alterum explicans: Si nulla actio in nostro arbitrio & potestate sita est &c. Et alibi eodem prorsus modo: Nemo putatur hominem operum suorum auctorem esse, eaque in arbitrio suo ac potestate habere. Et inferius: Aut enim rationis participes homines erit, aut si ratione praediti sit, penes eum quoque actionum a. b. r. i. u. m. a. p. o. t. e. s. t. a. t. e.

siæ futura est. Et iterum: Ea quæ sunt partim in nostra potestate sita sunt, partim minime sita. In nostra potestate sunt ea quæ liberum est nobis facere vel non facere. Respectu quorum dicit postea in nobis esse, liberam potestatem. Et ad verbum Manichæos: Nam cum na conditi simus ut nobis arb. r. y. libertas in se, in nostra potestate hoc situm est, ut &c. Hinc & D. Thomas Graecos imitatus, Deum vocat liberum & per se potestativum. Ad D. Thom. in cuius imaginem hominem conditum esse dicit, quatenus & ipse suorum operum principium, quasi liberum habens arbitrium, & suorum operum potestatem. Et mox illam liberi arbitrii rationem explicat per hoc quod est homo actuum suorum Dominus per rationem & voluntatem, seu per liberam arbitrium, hoc est, quod eos habet in potestate. Ex quibus consequens est, arbitrium & hominem esse liberum, quatenus est sua, non alienæ potestatis, quatenus est sui, non alieni juris, quatenus est Dominus & gratia sui, non serviens alteri, in cuius videlicet potestate & iure sit res vel actio, respectu cuius libertas exploratur. Nam quod alienæ potestatis & iuri obnoxium est, illā consideratione non est liberum, quia nec sui juris nec suæ potestatis est, sed alienæ potestatis terminis coercetur. Nec dominatur, sed eatenus servit alteri, nec gratia sui est, sed alterius causa.

Cap. 26.  
Fol. 43.  
D. Thom. in 1. 2. in praef. c. 1. & 2.

CAPVT QVARTVM.

Quid sit esse in nostra potestate, seu actum habere in potestate, juxta Augustinum.

QVæ cū mira sint, nunc diligentius explorandum est, quid sit aliquid actum aut rem esse in nostra potestate, seu nos habere aliquid in potestate, ut accuratius constare possit, quid sit esse aliquid in libero arbitrio, & consequenter, quid sit arbitrium esse liberum respectu alicuius. Recenti res enim imaginatur, illum contrarium modo actum esse in nostra potestate, hoc est, in libero nostre voluntatis arbitrio, & illud tantum nos esse Dominos, quem pro libertate nostro positis omnibus ad agendum necessarius possumus facere & non facere. Quam in re, juxta Augustini sententiam creberrimè nobis explicatam, sine dubitatione saluatur. In eodem igitur loco, ubi de natura liberæ voluntatis ex professione disputans, id liberum nobis esse constituerat ut supra vidimus, quod est seu quod habemus in potestate, mox definit id esse seu habere nos in potestate, quod cum volumus, facimus. Quam definitionem in eodem loco legitur iterari. Et quamvis eam paulo post conversionem suam adversus Manichæos tradiderit, eam tamen ad finem vitæ usque servavit, & crebro adversus omnes hæreticos, veluti doctrinam certissimam inculcavit & explicavit. Iam enim Episcopus cum Ariano Episcopo Maximo dillorens: Hoc habemus in potestate, quod cum volumus, possumus. Præcipuum vero id nobis esse agit, ut quod iam est in potestate faciamus. Et autem nominam

est in potestate, notemus nobis potestatem dari &c. Et cum Pelagianus apertio Marte contingens cum sibi quaestionem proposuisset, utrum fides hoc est, credendi actus esset in nostra potestate, ita loquitur: Quid igitur ultra quaerimus, quando quidem hanc dicimus potestatem, ubi voluntati adisset, ut sit. c. 31. sua ultra faciendi? Vnde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit, si non vult, non facit. Quam definitionem ejus, ut rectè intelligeremus, differentiam voluntatis & potestatis accuratissime tradidit, quam ipsis ejus verbis potius quam meis, hic subiiciam: Cum duo quædam sint velle & posse, unde nec qui vult, etiam continuo potest, nec qui potest continuo vult: quia si vult, ut volumus aliquid, quod non possumus, sic etiam possumus aliquid, quod volumus, sed ut ex voluntate ab eo autem quod est posse potestatem accipit. Quapropter sicut qui vult habet voluntatem, ita potestatem qui potest. Sed ut potestate aliquid fiat, voluntas alterius, id est, adesse debet. Et hoc est, quod presentia voluntatis infallibiliter arguit, utrum facere sit in nostra potestate. Si enim voluntate faciendi imperante fiat, actio illa est in nostra potestate, si non fiat, extra potestatem nostram, & proinde in certatem constituta est. Et jam senex reo. Etans libros suos, crebro eandem illam definitionem repetivit. Nam libro primo Retractationum: Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus, possumus, nihil tam in nostra potestate &c. Quæ in tract. c. 2.

De Spir. l. 1. c. 31.  
lib. 1. c. 31.

